



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 3. Quænam est materia & forma Ordinum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

sumptus, sive Ordinatio aliqua sit verè & propriè Sacramentum, ex Trid. sess. 23. can. 3. Secundùm omnes Catholicos Presbyteratus est verum Sacramentum. Idem nunc sentiunt multi de Episcopatu ut distincto à Presbyteratu. Certum est etiam Diaconatum esse Sacramentum. Idem multi paucis exceptis docent de Subdiaconatu. Sed non pauci id negant de Minoribus.

*Q. 3. Quenam est materia & forma Ordinum?*

*Resp.* Certum est illorum formam esse verba prolata ab Episcopo illorum Ministro, dum materiam essentialem applicat. Sed Theologi dissentiunt circa essentialiam materia Presbyteratus, & Diaconatus. In praxi diligenter observanda sunt ea omnia, quæ in Pontificali Romano præscribuntur: tum quia id tutius est ad valorem: tum quia ritus integer necessarius est saltem ex præcepto. Hinc si quid fortè omissum fuerit, illud cautè supplendum est, ex c. 1. & ult. de Sacram. non iterandis.

*Q. 4. An ad validam Ordinationem requiritur contactus physicus instrumentorum?*

*Resp.* Quamvis multi putent sufficere contactum moralem Patenæ, quo quis Calicem tangens censetur & Patenam superpositam tangere; tamen quia hoc non est omnino certum, in praxi curandum est, ut semper immediatè ac physicè tangantur & Calix, & Patena cum Hostia. Idem dic de aliis: nam circa Sa-